



LXXXI.

87

SACRO NUPTIALI

SPONSORUM

mutuo - desideratorum

VIRI REVERENDI, HUMA-
nissimi, Doctissimi

DN. VALENTI-

NI SIMONIS,

Ecclesiae, quae colligitur Lindaviae Anhaltino-
rum, Pastoris vigilantissimi:

Et

VIRGINIS LECTISSIMAE

MARTHAE,

Prudentissimi atq; Integerrimi Viri

DN. JOHANNIS à BERGEN, p. m. Senatoris
quondam dignissimi relictæ filiae.

Servestæ Anhaltinorum

A. d. 14. Octob. Styli Veteris

Anno 1634. celebrando

ET LOGHMA TA

à Dn.

Favoribus Patronis ac Amicis

D. D.

SERVESTÆ, Typis ANDREÆ BEZELI,

H



1.
AD REVERENDUM, ET DO-
ctissimum Dn. Sponsum
Foco-Serium

Nuptiale extemporaneum, ad nomen
Sponsæ allusorium.

DUm novus Idalios repetis post nubila **MONTES**.
Anxius es, **CYPRIS** quæ tibi dona ferat?
En! quid contingat? **Cyprium** dum scandere
MONTEM

Pergis, in amplexus **MONS** ruit ipse tuos,
MONS tibi scandendus, dum per bona Fata licebit
Scandere; dehinc igitur scande, valeq; diu,

J. S. C. S.

Ejusdem Paraphrasis Germanica
metro-rythmica.

Als ihr den Venusberg zum andern mal zu steigen /
Vnd zu erneu'ter Ehe zu schreiten euch thät neigē;
Wahr! ihr bekümmert droh / was doch der Venus-
berg!

Euch möchte richten an vor ein New-Freudenswerck
Schawt / was geschicht? Als ihr thut nach dem Berge
lencken /

Hebt sich ein ganzer Berg in ewre Arm zu sencken /
Ein Berg / den steigen ihr nun must bis an ewer End /
Drumb stelget immer wol. Glück / vnd Heil Gott
euch send.

II.

Ὀνοματοχαιρηντισμός.

VALENTINE,

Valido quod nomine fertur,
Validum tibi nuncupo votum.

Valeas & amore vigenti,

Valeas & honore decenti

Valeas & viribus auctis

Valeas & dotibus amplis,

Valeas, sed gratiâ Jovæ,

Valuit qui præ omnibus, & qui

Valet æternumq; valebit.

Ita Vovebam

M. Christianus, Becmannus, Ecclesiæ Ser-
vestanæ antistes & ibidem Theo-
logiæ Professor.

III.

Fida tibi quondam' *statio* subversa *ligone*
Heu quantos gemitus, vulnere quanta tuli t!
Planities gressu varias errante terebas,
Artemidum medico ponderare si qua daret,
Nulla dabat., Mage jam *ſævire* in vulnere telum;
Jamq; aliud telum vulnus arare novum.

A 2

Hinc

Hinc furere occultis dolor ignibus: hinc sitis artus
Pascere, & irriguas poscere valvas aquas.
Has dum plana negant, *tilia* de vertice *montem*
Quæris, qui fontem fundat & Artemidum.
Protinus occurrit torquenti lumina circum,
Qui liquidos fontes fundit & *Artemidum*.
Sed quæbina tibi fixerunt vulnera *Diva*
Consilio medico nunc opus esse monent.
Scande, ajunt, *montem*: dein proluce fontibus ora:
Radicem *Artemido* demito, daq; caput.
Quingentas, *senas* *bismillenasq;* virenti.
Demito radices: *milleq;* sunt caput.
Quod surget, gemini tibi vulneris esto medela;
Cum fonte hanc *montis* culta dedere juga.
Hæc panacea tuis inventa est ignibus una:
Una hæc vulneribus, Hanc tibi grator. Ave.

M. VVendelinus.

IV.

Quæ tibi quæ Sponso suavissime Amice,
precantur
Ad Nuptias vocati Amici ceteri,
Omnia complector votobreviore, secundet,
Quæcunq; Amici vota nuncupant, Deus
M. Petrus von Jena, Reipubl. Servestanæ
Consul & Illustr. Gymnas.
Adjunctus.

W

Qui valet, ascendit montem, & tandem
occupat Arcem;

Viribus exutum reprimat ipse pudor.
Ut iuvat audaces, timidos Fortuna repellit:

Fortes, effœtos sic iuvat ipsa, premit. (ellæ,
Ergo VALENTINUS Fortisq; VALENSq; pu-
Non viduæ, tentat scandere iure torum.

Sicut enim similis similem sibi quærit, & optat:
Sic jungi Fortes Fortibus usq; decet.

O par conjugium! præstanti corpore nymphâ
Ecce! VALENS validam robore ducit, amat.

Gratulor hinc igitur parib9 de pectore Sponsis;
Connubium felix, cunctaq; fausta precor.
Salve SPONSE; tuam Sponsam complectere;

Pastor

Pasce, ex stirpe datur quæ tibi MONTIS,
Ovem. (lige costam;

Hanc cura; hancce cole; hanc propriam ceu di-
Ex hoc Pastorum collige MONTE gregē.

Salve SPONSA; tuum Sponsum venerare; Ma-
Sis Mons Lætitiæ, Pacis, Honoris, Ave. (rito

Salve MONS; Salve castissima Virgo; supre-
Virgo hodie, talis non reditura, Vale. (mum

Johannes Cramerus, D.

Pronuba num mihi Juno, Gamelius aut mihi votis
 Jupiter, aut Charites anne vocanda Venus?
 Illa tori faurix, fidei hic vindexq; jugalis,
 Pacem istæ spondent, donat at hæc sobolem.
 Haud ita nil cæcæ curamus numina turbæ:
 His Sponsis opto Christus adesse velit.
 Namq; ubi Christus erit, torus hic, domus hicq; virebit
 Hic pax, hic soboles, hic bona cuncta fluent.
 Christe veni; bone Christe veni, pia vota secunda,
 Facq; sit hæc felix nupta secunda, precor.
 Vulnere sic cordis Sponsi hocce malagmate blando
 Sanescent, velut hic vulnera nulla forent.
 Namq; cor avulsum modo redditur, atq; secundo
 Fato virgo venit, cordis & ipsa loco,
 Martha Valentini Simonis Bergia cordis
 Portio fac fiat, fac maneatq; diu.

*Daniel Ludovicus, Med.
 Log. & Math. Prof.*

Nomina quid dicam rerum? *mora omina, Martha*
Est provocans, obœdiens Hebro Simon.
Sponse Valentini Tibi ni prænomen adesset,
Succumberes, victasq; mox dares manus.
Ergo, Valentine, huic pareto vocate valenter
Sic nempe in altis montibus piscabere
Sin mavis valles, & valles montibus adsunt
Piscatio cedat precor feliciter.

VII.

Qui viduus viduam renuis? qui dispare nexu
 Dat tibi jura tori nescia virgo tori?
 Forsit ad exemplum *Jesai Regis*, & aptum
 Galeni monitum te bene, *Sponse*, paras?
 Triste gelu *senij* non herbis pellit *Apollo*:
 Frigida nec *Bacchus* corda liquore fovet:
 Nec *Cereris* gelidis aptæ sunt artibus *esca*:
 Nil quoq; *Vulcani filia*, flamma valet:
 Nil vulpina, lupina *seni*, nil vellera ovina,
 Et quæcunq; vehit rure *Diana*, juvant:
 Frigora sola *Venus* calidæ fervore *puellæ*
 Temperat, & medicas applicat una manus.
 Aptior haud usquam *senio* medicina paratur,
 Aptius haud vasto pharmanon orbe datur.
 Ergo quid *viduum* miror te ducere *nympham*?
 Instantis *senij* damna futura caves,
 Ut caveas, *Simon Simeon* pietate manebit,
Schimonem fati pinguior aura dabit,
 Ut caveas, curas artusque hos *nympha* levabit.
 Omina nec *Marthæ* fors per acerba dabit.

M. Felix! *Haustedius*.

VIII.

Ode Alcaica

Qui nuptiales carmine concinunt
 Sacro Poetræ Numine perciti
 Ignes, vel Autorem *Jehovam*
 Laudibus eximijs coronant:

Vel

Vel quos in usus Jhova ter Optimus
Vincla ordinavit legitimi tori
Cantant, ut in natis vigescat
Stirps rediviva Patrum tenellis.
Quin & jugalis gaudia foederis
Versu recensent; quin etiam sibi
De Lege quæ manant maritæ
Commoda commemorare sumunt.
Magmenta laudum nempe ea maxima
Sunt maximarum, (nullus Ego ab nuo)
Sanctus quod Ortus, quodq; finis
Nobilitat sacra jura sanctus.
Sed Conjugalis vincula foederis
Quod, (crede nobis) est aliud tamen,
Commendat, ac honore laudis
Nescio quo decorat novello.
Vix scire, qui nunc pacta iteras tori
Sponse, ô sacrorum Buccina dogmatum?
Is, quem petis lectum iugalem
Conjugij typus est supremi.
Ergò tuus, quo sponse peruraris,
Igni maritus te doceat, suos
Quam Filios constanti amore
Diliget Omnituens Jhova!
Ergò tuus, quo sponsa peruraris,
Æstus pudicus te moneat, piùm
Electa quo gens incalcescat
Omnituentis amore Jhova!
O res stupendas, mirificas item,
Hoc involutas fœdere mirimo,
Quas nec Poëta Mantuanus
Dixerit ipse suis Camenis.

Tuto

Tute in talescis Corditrahæ prius
At dore totus *Marthæ*, *adamabili*
Sponse ð. nec illi tu petitus
Sed tibi lecta viro est dec enter.
Aurâ favoris perpetis hant secus
Præcurrit omnes *Omnifator Deus*,
Quos munerat dono entheato
Justificæ Fidei. Tuorum
Martham dolorum tu *Sociam* legis
Immensa ne te sarcina deprimas
Solum; vice inversa, futura.
Letitiæ associasq; *Martham*.
Sic quos paterno prosequitur **DEUS**
Amore, duris casibus undiq;
Urgentur in mundo, beatis
Cælicolis sociandi *olympo*
Sponsa ecce gaudet veste *holoserica*,
Quam liberali munere possidet
Sponsi; uniones collum adernant;
Irradiant digitosq; *gemmæ*
Sic Sponsa Christo dedita gaudio
Læto triumphat, jubilat, exilit
Quod vestibus sponso à salutis
Justitiæ tunicæq; amicta est.
Quæ causa verò legitimo tibi
Quod *Martham* amicam fœdere junxeris?
An plurima ex sese ut creata
Gaudia prolo ferat Parenti.
Nimirum, Amato sic quoq; sic suo
Unire Gnato nos Pater assolet,
Augmenta quò per ampla sanctæ
Et fidei, ac operum feratus.

A S

Erg

Ergò beatum ter, quater, amplius,
Qui sic maritis tangitur ignibus,
Necesset unquam, sponsum amore
Urere cordifluo Jehovam!
Connubia illum bina ligant, tori
Illum Voluptas afficit! & duplex;
Nempe una cœlo præbita alto,
Præbita & una solo voluptas,
Vestras ô ades ambiat utraq;
Mentesq; vestras occupet utraq;
Vos nuptiarum Candidati,
Comprecor. Annue Jhova votis

*M. Johannes Cremerus ad D. Nicolaj
Archidiaconus.*

IX.

O Bſita pleetra ſitu dudumq; abjecta, ſororum
O dilecta mihi, ſumere pleetra jubes;
Haud equidem poſſum charæ iſta negare ſororq;
Quæ valco; ſed quæ non queo, nemo petat.
Hæc igitur Voti, (nam tantum vota ſuperſunt)
Sponſa ſoror, ſemper ſumma ſit una mei.
Ipſe Valentinus valeat tibi: Tuq; Simoni;
Sis ipſius amor ſitq; amor ille tuus.
Opto, tuum illius penitus cor pectoris intret
Intima, Simonis cor ſubeatq; tuum.
Adſit foecundo Domini benedictio cornu
Ditans, cœleſti ſedibus orta poli.
Illa domumq; totumq; beet, menſamq; coronet,
Mutet aquam dulci nectare, fella mero.

*Lucas von Berge / Sponſæ frater
X. Et*

X.

ET tibi nunc viduo calor insinuat^r amanti
Alter, dum Martham ducis amasq; piam,
Sponse, Ministerij nō infima portio sancti,
Compater, Affinis, chare, verende mihi?
Dicamus bona verba, & prospera quæq; prece-
Infestent vestrum nubila nulla torum. (mur.
Omne quod incipitis, lætissima provehat aura
Vestraq; per placidas Cymbula currat aquas.
Ambrosio vobis benedictio gurgite stillet:
Absit ^ēpis, constans semper at adsit ^ēpos.
Turba novella domi faciem similetq; Parentū,
Filiola & Matris, Filiolusq; Patris.
Unanimes nupti Cornicis vivise secla,
Et tandem Cœli regna subite. Sat est.

*Abrahamus Cremerus Sil. Scholæ
Servestane Collegæ.*

XI.

Dum Venerande focer, transis ad Vota se-
cunda, (tuæ:
Quid tibi, quid Sponsæ comprecet ipse
Vivite Concordes, jungit Concordia amantes,
Sic sine lite torus, sint sine nube dies:
Vivite Concordes, maneat mens una duobus
Mens sit & una domi, mens sit & una foris.

Vi-

Vivite Concordes, producite pignora lecti,
Mella fluant thalamo suave merumq; novo.
Vivite Concordes, tu longos Nestoris annos
Sponse, Sibyllinos exige, Sponsa, dies:
Et quæ jam thalamo fors adsociavit eodem,
Mors junctos tumulo non nisi fera tegat.

*Fridericus Cremerus Sil. Ecclesia-
stes Frecklebiensis.*

XII.

VOta ferant alij multa, at, Reverende Affi-
nis,

His meritò votū perbreve subdo meum.
Martha, tibi thalami quam casto fœdere jungis
Non tibi Martha velim sed sit amica Venus?
Suscipiat læto te sponsum pectore Sponsa,
Atque maritali semper honore colat.

Reddat SIMONES, producat BERGERIA-
NAS

VALTINIANUS amor, BERGERIANA
Venus.

Cum vegeto sanam vobis det corpore mentē,
Det seram Deus ad cœlica castrā viam.

Heinricus Cupelmannus.

Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







Farbkarte #13

B.I.G.

87

IALI

AD REVE

rum

I, HUMA-

simi

ENTI-

S,

lavia Anhaltino-

tissimi:

SIMÆ

H Æ,

rimi Viri

N, p. m. Senatoris

ctæ filia.

um

yli Veteris

ando

A T A

Amicis

REÆBEZELI,